



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

An per Bullam possit quis erigere Oratorium privatum, in quo celebretur  
sine alia Pontificis licentia? parag. 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

## §. III.

*Quid concedat Bulla, quoad celebrationem Missæ in Oratoriis Privatis extra tempus Interdicti.*

1. **B**ulla præter dictum favorem valendi celebrare, vel facere celebrare tempore Interdicti in Oratoriis privatis, concedit etiam in iisdem eundem favorem extra Interdicti tempus. Sed de hoc ego latè egi in Opus. p. 4. §. 4. 1. *Missæ, quare non est id de Sacer.*

*2. In Opus. Miss. l. 1. c. 4. §. 4. 1. à n. 36.*

§. IV.

*An per Bullam possit quis erigere Oratorium pri-*  
*vatum, in quo celebretur sine alia*  
*Pontificis licen-*  
*tia.*

b *Castr. prop. 1. A*ffirmat b *Castropalau* his verbis: *Bulla ergo, inquit, concedit sumenti ipsam, ut possit habere priuatum Oratorium, & in eo celebrare Missas, vel celebrari facere, dummodo Oratorium sit divino tantum cultui deputatum, & ab Ordinario designatum juxta formam in Trid. sess. 22., in Decreto de Celebrandis Missis praescriptam, & dum eo quis utitur, fundat preces pro unione Christianorum Principum, & eorum contra Infideles victoria. Hæc ille, cui assentitur Ludov. & à Cruce.*

c *Lud. à Cr. de Bul. d. 1. c. 5. à u. 1.* 2. Ratio fundamentalis hujus sententiae est, quia in Bulla expresse conceditur, ut in privato Oratorio, (visitato utique, & designato ab Episcopo) tempore Interdicti celebretur, ergo supponitur concedi etiam aliis temporibus non veritis, quod est minus, iuxta Bull. l. 1. Regulam Juris in 6. Cui conceditur quod est plus, conceditur quod est minus. Adde, in Bulla 4. Latina expresse ponit sic (etiam tempore Interdicti.) At particularia hæc (etiam) cum exprimat casum difficulterem, supponit, tamquam certum, casum minus difficulterem.

d *Trull. de Bull. l. 1. f Dian. p. 9. tr. 1. ref. 23. g Mendo d. 6. c. 1. à n. 6.* 31. Verum haec sententiam pro�us rejicit Trullench, d Gallegus, e Diana, f Mendo, g qui omnes non possunt (& quidem merito) fibi persuadere, Pontificem velle concedere Privilium celebrandi Sacrificium Missæ in domo cuiuscumque privati, Sacrificium, inquam, quod est summus actus Religionis,

quem exercere in hac vita Fideles possunt, quemque cum summa, & possibili reverentia debent.

3. Hæc ex illis. Sed quia Adversari possent, has, & similares rationes ex inconvenientia ductas eludere; Illa mihi hac de re diu cogitanti efficax menti occurrit. Quod Summus Pontifex, dum licentiam concedit, ut etiam Interdicti tempore celebrari valeant Missæ in Oratorio privato, supponit, Oratorium jam esse alias ab ipso, vel ejus Delegato concessum, non autem per Bullam concedit. Sicuti cum dixit, ut notavimus modo §. 2. n. 2. Concedo, ut habens Bullam possit celebrare in Ecclesia, etiam tempore Interdicti; supposuit jam constitutam esse perfectè Ecclesiam, non enim per hæc verba constituit. Ita in casu nostro. Perfectè autem constituta supponitur Ecclesia, quando non solum materialiter, sed formaliter etiam est perfecta, hoc est, legitimè, ad Sacrificium Missæ in ea celebrandum, ab habente potestatem approbata.

## §. V.

*An Commissarius Cruciatæ possit prædictum O-*  
*ratorium perfectè constituerre, seu*  
*concedere?*

1. **D**uæ hæc sunt sententiae. Altera negat cum Diana hæc aliisque, atque adeo negat, Commissarium Generale Cruciatæ h Diana posse concedere facultatem, ut quis in Ora- p. 4. n. 1. torio Domus suæ celebret, vel faciat cele- resol. 10 brare. Ratio potissima est, inquit, quia non i Trull. apparet, Verbum ullum in Bulla, etiam Ori- §. 5. da ginali, Cruciatæ, per quod Sunimus Pontifex n. 7. hanc facultatem Commissario, quamvis Mend. Generali, communicaverit. Adduntur aliae 37. à n. Rationes, quæ certè non ita efficaces judi- 105. caneur, perinde ac prædicta.

2. Altera concedit, i modo Oratorium, 14. à n. antequam in eo celebretur, visitetur, &c. 182. ap- puretur ad Divinum Cultum ab Ordinario. tra Dian. Ratio hujus sententiae est, Prima, quia Petrus k Peir. de Lara k inter cæteras facultates Commissa- Caran- rii Generalis recenset hanc: Item possumus (lo- Comp. quitur Commissarius Generalis Cruciatæ) trium concedere licentiam, ut quis celebret, vel cele- Gratian. brare faciat in Oratorio privato, quod prius fue- p. 275. rit ab Ordinario visitatum.

3. Secunda, quia idem Mendo, & Gal- apud do. in legus